



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opusculvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

Elogia In Lvitprandvm Ticinensem Diaconvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

ELOGIA

IN LVITPR ANDVM TICI-
NENSEM DIACONVM.

SIGEBERTVS de Ecclesiast. Scriptoribus cap. 127. LVITPRANDVS
Ticinensis Ecclesiæ Diaconus scripsit luculento & alterno stylo
ad Regimundum Episcopum Liberitanæ Ecclesiæ Hispanorum
historiam de gestis Regum & Imperatorum sui temporis, quam
attitulauit Antapodosin.

IOANNES TRITHEMIVS de Scriptoribus Ecclesiasticis. EUTRANDVS
Ticinensis Ecclesiæ Diaconus, natione Italus, ex Papia ciuitate oriundus Beren-
garii Regis quondam Italiae scriba & secretarius, vir in secularibus litteris val-
de eruditus, & diuinarum scripturarum non ignarus, ingenio acer & vehemēs,
græco & latino sermone peritus, & non minus carmine excellens, quām prola,
fertur nonnulla præclara scripsisse opuscula, quibus nomen suum notificauit.
A Berengario Rege Italia pulsus venit in Germaniam, & apud Francfordiam
positus scripsit infligne opus, Historiam sui temporis, & tyrannidem ipsius Be-
rengarii continentem, quod quasi pro vicissitudine iniuriarum ab ea perce-
ptarum prænotauit.

Antapodosin, id est, retributionem lib. 7. *Regnantibus imo.*

DE aliis nihil vidi. Scripsit autem præfatum volumen ad Regimundum
Episcopum Liberitanæ Hispaniarum Ecclesiæ, in quo aliquando carmine vt-
tur, aliquando græco sermone, multa de Germanorum gestis interserens.

Claruit sub OTONE I. Imperatore. Anno Dom. 950.

IDEM habet in Chronico Hirsaugensi ad annum Domini 892.

LVIT-

